

## Vers. Tricesimo sexto.

<sup>218</sup> Præmonendi sumus, controversum esse, an confugiens ad Ecclesiam cum armis vetitis immunitate sit dignus? Affirmant Delbene d. dubit. 19. sect. 3. n. 5. Farinac. de Immunit. c. 16. n. 247 Bonac. §. 5. n. 10. Sperel. decif. 46. n. 15. 16. Guazzin. c. 38. n. 26. Decian. d. lib. 6. c. 26. n. 10. qui ita de consuetudine servati ait, Ambrosio. c. 5. n. 5. Dian. part. 1. tract. 1. resol. 17. Peregrin. c. 12. n. 11. Charr. crimin. decif. 74. n. 8. & si fuisse declaratum per Sac. Congreg. Episcoporum. in una Salernitana, die 30. Septemb. 1616. testis est Dian. part. 6. tract. 1. resol. 8. vers. Nec admitto, ubi latè probat, qui ferè omnes loquuntur post Bullam Gregor X IV.

<sup>219</sup> At negant Rebuff. sup. tom. 2. tit. de immun. Ecclesiast. glos. 1. num. 28. Sarp. c. 5. fol. 43. Villadieg. d. 244. Curtell. lib. 1. q. 17. Petr. Plaza in epitol. delict. lib. 1. c. 8. n. 28. Bajar. ad Clar. §. fin. q. 30. n. 16. & alii; Sed à priore sententia recedendum non est, quam apud nos usu receptam, insinuant Paz. n. 149. Bobad. lib. 1. c. 13. n. 108. Cur. Philipp. n. 16. dum afferunt, quod auferenda arma non gaudere reum immunitate, quasi secū si quoad personam.

Servus verò si ad Ecclesiam arma deferens fogerit, etiam non præstata cautioне de impunitate tradendus est domino, quanquam alioqui absque illa non restituatur; ita habetur in l. si servos 3. C. de iis, qui ad Eccles. confug. quam constitutionem edidit Theodosius Junior anno Domini 431. motus, quia servi octoginta, natione barbari, cùm domini saevitiam diutius tolerare nequient, omnes armati Templum aderunt, jussisse ut inde discederent, renuerunt, ac multis diebus perfisterunt impudentes Divina péragi, perati, districtis gladiis ad resistendum cuicunque sibi invadenti, tandem uno Clerico interfecto, & altero vulnerato, sibi ipsi manus intulerunt, ut refert Socrat. lib. 7. cap. 33. Guid. Panciroli. in thesaur. var. delict. lib. 2. c. 182. & traditam conclusionem, probant Decian. d. tom. 2. lib. 6. c. 26. n. 9. & lib. 8. c. 3. num. 10. Sed contrarium verius videtur Suar. sup. c. 10. n. 2. Angel. in summ. verb. Immunitas. n. 12. Delbene dub. 10. sect. 13. in fin. qui cautionem præstandam rectè docent, nisi servus in Ecclesia ita delinquat, ut immunitate, eti liber forer; privaretur, quo casu Judici ad punitionem tradetur.

Judicem laicum posse auferre arma vetita recluso in Ecclesia, cum D. Covar. tenent Suar. c. 12. n. 3. Curtell. lib. 2. q. 8. Sarp. ubi proximè, Sanch. dub. 14. Paz d. n. 140. Layman. lib. 4. tr. 9. c. 3. n. 13. Bobadill. d. lib. 2. c. 14. in fin. Villalob. in summ. to. 2. tr. 34. difficul. 5. n. 11. Cur. Philipp. diff. n. 26. Cavalcane. de Brach. Reg. part. 1. n. 102. Fagund. de precept. Eccl. præcept. 2. lib. 4. c. 4. n. 66. Foller. in prax. crim. Canon. cap. 37. n. 30. Portell. sup. verb. Ecclesia immunitas. n. 15. Bajard. sup. n. 4. Gambacur. lib. 4. c. 16. n. 11. & c. 26. n. 11. Villadieg. d. c. 2. n. 214. Idem dicendum est, si raptor foemina secum in Ecclesiam introducat, que auferenda utique per Judicem secularem est, Suar. Layman, & alii sup. sed arma non prohibita, velut ensem capere satellites prohibentur, quando reus gaudere debet immunitate, etiam si aliquem percussit; nam arma applicantur ministris in præmium capturæ, que cùm non subsequatur, nullum jus illis queritur; Bobadill. & Cur. Philipp. ubi proximè.

<sup>222</sup> Oppositum verò: nempe non licere Judici seculari, nisi accidente Ecclesiastici licentia, in Ecclesia arma vetita tollere, maximè post Bullam Gregorianam, defendunt Delbene dub. 19. sect. 3. à n. 7. Farinac. d. c. 16. n. 248. Zambell. in reperto. Moral. verb. Ecclesia quoad ejus immunitatem, n. 9. Guaz. c. 29. n. 9. Castr. Palao tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 9. n. 10. Marant. in controvers. jur. p. 2. respons. 37. n. 1. Novar. sup. n. 6. Ciart. controvers. forens. c. 10. n. 16. Dian. part. 1. tract. 1. resol. 17. in fin. & part. 6. tract. 1. resol. 8. vers. Nec adminto in fin. Atque sic per Sacram Congregationem Immunitatis fuisse decisum, testis est Delbene n. 9. Nihilominus prior opinio magis communiter recepta, & in praxi observata est, ut constat ex iis, quos pro ipsa proxime recensuimus.

## Ibi: Nam regulariter arma prohibita sunt.

De prohibito armorum usu latè, & eruditè agit Dec. 223 d. tom. 2. lib. 8. c. 3. per tot. Bobadill. lib. 1. c. 13. ex n. 60. Guttier. præt. lib. 1. q. 12. Clar. d. §. fin. q. 82. statut. 6. & ibi Bajard. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 394. ex quibus constat lege Julia de vi public. arma habere, ac deferre vetitum esse, quod apud Romanos a Rege Servio Tullio sub eius tempore arma intra urbem deferre non licet, constitutum est. Et arma regulariter esse tam Ecclesiasticis quām secularibus prohibita: D. Covar. sequuntur docent Guttier. n. 3. Paz supr. c. 8. n. 25. Delbene tom. 1. c. 4. dub. 2. nu. 19. Paz tom. 1. part. 7. cap. unic. à num. 6. ubi quæ arma apud nos permitta sunt.

## Ibi: Extant &amp; Regiae sanctiones has de re.

Quæ circa armorum delationem jure Regio sunt statuta 224 invenies sub tit. 6. lib. 6. Recopilat. & alibi sunt nonnullæ sanctiones ad id spectantes, ut l. 5. tit. 4. lib. 1. l. 7. tit. 2. lib. 8. l. 16. cum seqq. tit. 33. eod. libr. Recopilat.

## Ibi: Pena tamen, quæ ob armorum usum.

Pena, quæ ob armorum usum Clericis imponitur, apud 225 Judicem Ecclesiasticum exigenda est, D. Covar. practicar. c. 33. nu. 7. Paz ubi proximè, Sarmiento select. lib. 7. c. 13. n. 2. Bobadill. lib. 2. c. 18. n. 70. 71. Clar. §. fin. q. 36. n. 26. Guttier. d. 9. 12. num. 5. vers. Rursus videtur, & n. 6. Azeved. in l. 1. n. 3. tit. 6. lib. 6. Recopilat. Salced. ad Bernard. Diaz in prax. c. 55. lit. A. vers. Pro quo etiam, & alii; imò addi D. Covar. licet dubius, non teneri Judicem Ecclesiasticum exequi pecuniam statuti adversus Clericum, sed posse aliter juxta Canonicas sanctiones imponere debitam pecuniam; quem sequuntur Suar. de legib. lib. 3. c. 34. n. 5. 18. Bonac. eod. tract. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 29. Salzed. & Paz supr. Delbene tom. 2. c. 9. dub. 2. n. 28. quem omnino video, eti contradicat Clar. ubi supr. Sed hæc quæstio pendet ab illa, utrum scilicet Ecclesiastici astringantur legibus civilibus in bonum commune statutis, quæ non repugnant Sacris Canonibus, nec libertati Ecclesiastica derogant, & in communi feruntur, qualis est lex prohibens armorum usum? De quo latissimè Delbene ubi proximè, dubitat. 1. 2. & sub hac numer. 35. cum aliis resolvit, quod si ad pecuniam interrogandam nulla desideratur judicialis controversia, sed quod de plano imponatur, poterit Juxta secularis eam per se petere à Clericis; quibus non obtemperantibus, pignus capere non prohibetur; quod docuerant aliqui sine distinctione, quos refert Bobadilla supr. n. 69. lit. H. qui lib. 2. cap. 15. per tot. fusc tractat, quando licitum sit Clericus arma sumere. Illud compertum habetur, non posse Ecclesiasticos armis defendere, ne reus ab Ecclesia confugiente extrahatur, sed solum janus claudere, vel aliter ingressum laicis ministris impeditre absque strepitu armorum; Suar. d. c. 3. n. 5. Bobadill. citat. c. 15. n. 29. Fagundez de precept. Eccl. lib. 4. c. 4. n. 59. Gonni supr. q. 12. Layman. lib. 4. tr. 9. c. 3. n. 14. Azeved. in l. 9. n. 30. tit. 2. lib. 1. Recopilat. Curtell. lib. 1. q. 37. in fin. & lib. 2. q. 10. Paz supr. p. 5. c. 3. §. 3. n. 16. Mar. Italia d. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 45. Bonac. d. punct. 16. §. 3. n. 3. Farinac. de Immunit. c. 2. n. 46. Delbene d. c. 16. dubitat. 32. de quo Domin. Covarruv. vers. seq. Ipse verò delinquens etiam armis se adversus ministros justitiae defendendo, ne iniuste extrahatur, non peccat; Suarez, Farinac. Italia ubi proximè, Dian. part. 6. tractat. 1. resol. 32. vers. Sed ibi ipse, Delbene sup. n. 3.

## Ibi: Apud Gallos Clerici.

Hujus consuetudinis in Gallia receptæ puniendi 226 Clericos deferentes arma prohibita per Judices laicos meminere Petr. Gregor. syntagma. jur. lib. 3. c. 27. in fin. Menoch. supr. n. 32. Clar. d. q. 36. n. 26. Delbene d. cap. 8. dub. 2. n. 3. 4. Decian. lib. 8. cap. 3. n. 23. Bobadill. d. c. 18. n. 69. Vulpell. de libertate Eccles. part. 2. n. 37. Guttier. sup. n. 6.

Ibi:

## Ibi: Apud Hispanos usus obtinuit.

<sup>227</sup> Quod Judices laici valeant Ecclesiasticos cum armis rei ertos eisdem spoliare; & in Hispania ita usu receptum esse, affirmant Menoch. Gutierrez. Clar. ubi proximè. Plaz. n. 26. Rodriguez in summ. part. 2. c. 137. n. 13. Borrel. de prefat. Reg. c. 7. n. 45. Pat. Vazquez in 2. part. tom. 2. disput. 16. c. 4. n. 31. Bobadill. supr. n. 66. Graffis in suis decisib. part. 1. lib. 4. c. 18. n. 68. Coriolan. in Bull. Cen. excommunicat. 20. Paz n. 7. Mexia in pragmatica taxæ pan. conclusion. 5. n. 8. Morla in empor. part. 1. tit. 1. q. 16. n. 17. Quod ita intelligendus erit delinquens, ac postea ipse si velit liberè egredens, se Judici seculari tradere non prohibetur.

<sup>228</sup> Idem dicendum est de eo, qui illegitimiè à Judice seculari evellitur, qui eti postea immunitati renunciet, et nihilominus restituendus; Delbene ubi proximè, n. 5. ubi alii, qui n. 6. resolvit, non posse existentem in Ecclesia renunciare juri immunitatis, ut inde captus extrahatur, cum privilegium locis sacris principaliter sit concessum, non ipsis configentibus. Ad quæ videoas sic tenentes Dec. d. lib. 6. c. 26. num. 12. Cast. Palao d. disp. unic. punct. 11. n. 5. Guaz. supr. c. 3. 6. Dian. Ipar. 6. tract. 1. resol. 32. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. c. 11. dub. 1. n. 14. cum seq. Mar. Italia d. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 82. Mastrill. lib. 2. decif. 169. Pechi. in tractat. de arrefo. & de juri sifendi. c. 9. num. 3. in fin. vers. Ego vero.

Ad eò autem verum est, extractum reum illegitimè fore restituendum Ecclesie, licet immunitati renunciet, ut idem sentiendum sit, quanquam ex subsequentibus probationibus appareat, tale esse delictum, ut indignus delinquens immunitate censeatur; cum spoliata Ecclesia ante omnia restitui debeat; ita Delbene n. 9. cum seq. Genitius. in prax. c. 22. n. 6. Paz supr. d. §. 3. num. 15. Gonni qu. ult. ubi ait, posse Judicem incontinenti reum iterum capere, & respondet ad leg. in condemnatione, §. dolo facit, ff. de reg. iur. quod ea in possessoris locum non habet. Præterea si ita extractus ab Ecclesia, postea crimen exceptum comiserit, adhuc restitui debet, quoniam ius Ecclesiæ anterius est ad restitucionem, quam quod Curia secularis ex novo delicto ad retinendum reum acquisivit. Farinac. d. c. 2. n. 49. Dian. citat. resol. 32. vers. Quarto: Peregr. c. 15. n. 25. Italia n. 49. Genitius. sup. c. 17. n. 5. Bonac. 10. 2. disp. 3. q. 7. punct. 4. n. 13. Delbene n. 2. 3. licet dissentiat decif. 57. cuius sententia in utroque casu posset admitti quando timeretur, quod si reus restituatur, aut fugeret, aut pro ejus defensione, ne iterum extraheretur, oriretur scandalus; nam ubi adest periculum gravis mali, restituto spoliato jure denegatur. cap. literas 13. §. fin. de restitut. spoliator.

<sup>229</sup> Aliqui docent, posse ab Ecclesia extrahi reum, qui sponte capitur à familia Judicis laici intra locum immunitem; quia privilegium est, ne quis extrahatur invitatus quod in hoc casu minimè contingit, cum suo consensu quis capturæ se subficiat, nec hic immunitati renunciat in præjudicium Ecclesie, qua extractione volentis non violatur; Gonni d. tractat. de immunitat. fallent. 12. Joann. de Vischis n. 56. Barbos. de juri. univers. Ecclesiast. c. 3. n. 58. Bobadill. lib. 2. c. 14. n. 80. sed quia talis extractione etiam volentis in Ecclesia irreverentiam cedere posset; ideo consultius est ut reus si velit, sponte exeat, ut extra locum sacrum apprehendatur.

## Vers. Ceterum, ut &amp; hoc non omissamus.

<sup>230</sup> Moribus apud Gallos obtinuit, ut rei ad Ecclesiam configentes illico extrahantur, ac in vinculis publicis apud seculares constituantur, donec super immunitate pronuncietur, qui si ea gaudere debeant, Ecclesia restituantur, alioqui penas delicto debitas dant; Dec. lib. 6. c. 29. n. 2. in fin. Bobad. d. c. 14. n. 95. ubi tradit quomodo apud nos Juxta secularis in extrahendis delinquentibus ab Ecclesia se gerat. Sed Petr. Greg. sup. d. c. 22. n. 3. restitut. in Gallia reos Ecclesiasticum immunitate non defendi; idemque in Alemania observari ex practic. Papiens. refert. At utrum hujusmodi consuetudo hodie sit abrogata ex d. Bulla Greg. XIV. & Urban. VIII. constitutione edita die 5. Iun. 1541. & Conc. Trident. f. 25. de refor. c. 20. quibus omnes consuetudines adversus immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam sublatæ fuisse videntur; maximè controvertitur; super quo confusas Delbene d. c. 16. dub. 6. 7. Guazz. de defens. reor. defens. 1. c. 34. Dian. p. 1. tract. 1. resol. 1. & p. 6. tract. 1. resol. 29. Pelliz. sup. cap. 5. sect. 1. n. 3. 36. Farinac. de Immunit. c. 2.

<sup>231</sup> Sed quare opportunè potest, supposito, quod consuetudo prædicta viribus subsistat; nunquid, si reus in carcere renunciet immunitati, possit Ecclesia in causa immunitatis prosequi, ut sibi extractus restitutur, si consideriter, crimen exceptum non esse commissum? & affirmativè resolvit Delbene d. c. 16. dub. 33. n. 7. ubi loquitur de Excomm. exir. Bull. disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 3. n. 3.

Ultra Ecclesiasticas confuras alii poenis subficiuntur

Judices, qui per extractionem reorum Ecclesiasticam

violent immunitatem, quas referunt Decian. d. lib. 6. c.

28. Guazzin. c. 30. Bobadill. sup. n. 18. Pellizar. d. tract. 8. c. 5.

n. 46. Suar. c. 16. n. 7. Farinac. in prax. q. 28. à prime. & de Im-

munit:

munit. c. 20. n. 309 cum aliis, Petr. Gregor. sup. lib. 3; c. 21. n. 4. laissimè Delbene dubit. 35 ubi qui eas poenas incurvant; Et quando, & ad quid Judex extrahendo teneatur in foro conscientia: docent Delbene dub. 34. ex n. 7. Suar. sup. n. 15. De hujusmodi poenis sunt jura, tam civilia, quam canonica, c. quisquis, c. sequis contumax. 17. q. 4. Trident. sess. 25. de reformat. c. 20. Bulla præcita Greg. XI V. l. 2. & ibi Glos. l. presenti C. de iis q. ad Eccles. config. l. 4. tit. 11. p. 1. l. 4. tit. 2. lib. 1. Recop.

Ibi: Quod & editio Regio.

Hoc habetur in l. 6. tit. 4. lib. 1. Recopil. à nostris Principibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha constitutum.

<sup>237</sup> Pro coronide autem non gravabor, quedam circa materiam hujus capituli dubia valde necessaria, ac scitu digna, quasi currenti calamo resolvere. Primo dubitatur, quis sit Judex competens, cum controvertitur, an reus gaudere debeat immunitate? Et ad Judicem Ecclesiasticum cognitionem pertinere, dicendum est cum Farin. de Immunit. cult. n. 366. 367. Pellizzar. n. 40. Guttier. præt. lib. 3. q. 1. n. 5. Anafal. Germ. de sacror. immunit. lib. 3. c. 16. n. 2. Barbol. d. c. 3. n. 15. cum seqq. Bobadill. lib. 2. c. 17. n. 15. Guazzin. c. 31. n. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 13. n. 96. Dian. part. 4. trah. 1. resol. 49. Delbene dub. 41. ubi plures alii. Quod intelligas privative quoad Judices seculares, imò post Gregorianam constitutionem solùm spectat ad Episcopum cognitio super immunitate, ibi: *Nisi cognito prius per Episcopum, vel ab eo deputatum, an delinquentes vere crimina excepta commiserint, licet Judicem secularem etiam competentem esse opinentur Pereir. de man. Reg. p. 2. c. 6. n. 12. Paz d. s. 3. n. 8. & alii apud German. Dian. & Delbene.* Apud nos de hujusmodi causis cognoscitur in supremis Regiis tribunalibus, ad quae per viam violentiae adversus sententias Ecclesiasticorum deferuntur, de quo D. Salgad. de protect. Reg. Ceval. de cognit. per viam violen. & proxim tradit Paz n. 182. 183.

<sup>238</sup> Secundò dubitatur, quis potest concedere facultatem evellendi reos ab Ecclesia, qui de jure gaudent debent immunitate? Quod Pontifici duntaxat permisum esse, resolutum est, Guazzin. c. 31. n. 1. Decian. lib. 6. c. 27. n. 4. Delbene dub. 26. n. 5.


Tertiò dubitatur, quid juris, si delinquens affirmet, se a loco sacro extractum, satellites vero negent? Respon-

dent, satellitibus non esse credendum, Dec. d. lib. 6. c. 29. n. 10. Guaz. c. 37. n. 78. Mar. Ital. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 98. Farin. de Immunit. c. 2. n. 54. Tuschi. lit. E. conclus. 10. n. 17. Sed oppositum probat Bajard, ad Clar. d. q. 30. n. 24. Placet aiiis hoc arbitrio Judicis decernendum, inspecta qualitate satelliti, alisque circumstantiis, ut Bonacini. d. punct. 16. §. 3. n. 15. Peregr. de immunit. c. 13. n. 16. consentit Menoch. de arbitri. lib. 2. cas. 112. à n. 8. qui generaliter docet, Judicis arbitrio relinquiri, an nuncio in pertinentibus ad ejus officium credendum sit. Sed in praxi observatur Bajardi sententia.

Quarto dubitatur, num Oratoria immunitate gaudient? Et quando autoritate Episcopi constructa sunt, immunitatem habent: secus si absque ea facta sint, Delbene dub. 9. sect. 12. ubi plurimi, Farin. de Immunit. c. 17. n. 267. Suar. sup. c. 9. n. 10. Clar. d. q. 30. n. 7. Guazzin. c. 37. n. 30. Pellizar. n. 5. Aliud dicendum videtur de cancellis, qui affixi sunt intus parietibus Ecclesiæ, vulgo Tribunas, nam cum intra locum sacram sint, licet privatis dominibus adhaerant, qui in illis extiterit, extrahi nequibit; ut colligitur ex dictis supra, n. 39. cum seqq.

Quinò dubitatur de confugientibus ad palatia supremorum Principum: quos tutos esse compertum est; Petr. Greg. n. 16. ubi exempla refert, Delbene sect. 15. n. 2. vers. Hinc sequitur, Sanch. cons. mor. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 7. n. 2. in fin. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. q. 12. n. 4. Paz d. s. 3. n. 52. Bobad. ubi proximè. n. 13. Eodem privilegio præfulgenter domus Legatorum, sive Oratorum qui supremos. Principes repræsentant, Delbene supra, Bobadill. n. 11. Cur. Philip. n. 5. Quæ immunitas, cum si profana, potest per Principem secularem non recognoscentem Superiorum, privatorum dominibus concedi, Dec. ditt. lib. 6. c. 25. n. 16. Bobadill. ubi proximè. c. 37. n. 27.

Sextò dubitatur, an Judex, qui non legitimè reum ab Ecclesia evellit, teneatur illum eidem Ecclesiæ restituere; vel satis sit, si alteri cuiilibet reddatur delinquens? Et affirmativè respondendum est satisfacere, reum constitundo in quounque loco sacro, nisi ejus vel Ecclesiæ spoliata interfit, quod restitutio eidem loco fiat; de quo Farin. de Immunit. c. 2. n. 48. Delbene dub. 33. à n. 12. Bonacini in summ. tom. 2. dipp. 3. q. 7. punct. 3. n. 14. Bobadill. d. c. 14. n. 98. Dian. part. 6. trah. 1. resol. 27. quorum aliqui afferunt, restitutionem fieri posse Episcopo, vel ejus Vicario, qui Ecclesiæ repræsentant; Delbene, & Dian. supra.



# INDEX LOCUPLETISSIMUS OMNIUM, QUÆ IN HOC OPERE CONTINENTUR.

Primus numerus Librum, Secundus Caput, Tertius marginalem numeram indicat.

- A**BBAS non exemptus nequit bona immobilia, vel mobilia pretiosa alienare absque Episcopi consensu, lib. 1. cap. 3. n. 46.  
Exemptus etiam prohibetur alienare ea bona sine assensu Pontificis, ubi recepta est extravag. Ambitiose, ibid. n. 4. 8.  
Abbas quos, & quibus Ordines Ecclesiasticos conferat, lib. 1. o. 3. 6. cum seqq.  
Abbas an possit Religiosos in obsides dare, lib. 2. c. 1. n. 11.  
Abigei pro primo delicto capitis poenas sustinent, lib. 2. c. 1. n. 74.  
Absolvendi Sacramentaliter potestas in articulo mortis competit cuiilibet Sacerdoti de jure Ecclesiastico tantum, lib. 1. 10. 44.  
Absolvere à peccatis mortalibus jam antea ritè confessis quilibet Sacerdos, etiam haereticus, vel degradatus potest, ibid. n. 45.  
Absolutus semel in judicio, iterum vexandus, non est, lib. 2. 10. 2.  
Legitimè absolutus innocens presumitur, ibid.  
Abolutus ab observatione judicij denuò accusari potest, ibid. n. 8.  
Abolutus ab objectis ad ejus electionem irritandam, nequir super eisdem amplius molestari, ibid. n. 5.  
Idem est de absoluto ab actione populari, ibid.  
Abolutus à crimine per dispensationem de eo accusari non potest, ibid. n. 18.  
Secus est si sacramentaliter absolvatur, n. 21. 22.  
Abolutus à Judge procedente per viam inquisitionis accusari de eodem delicto nequit, ibid. n. 26.  
Aliud erit si crimen per exceptionem sit objectum, n. 27. Limitatur, n. 28.  
Abolutus ob juramentum à se præstitum, iterum accusari de eodem scelere prohibetur, ibid. n. 33.  
Abstractione ut licet, tam in judicio, quam extra, quoties adest justa causa celandi veritatem, lib. 1. 2. 20.  
Abstractione non excusat perjurium, si causa justa deficiat ad non detergandam veritatem, ibi. n. 45.  
Accusatore non probante, quomodo reus sit absolvens lib. 1. c. 1. n. 27.  
Accusatus, vel denunciatus de crimine, ad Ecclesiasticam dignitatem eligi prohibetur, lib. 1. 16. 70.  
Fallit, si notoriè sit innocens, ibidem.  
Accusatus quibus de causis absolvitur, lib. 1. 10. 6.  
Accusationem repeterre quandiu licet, ibid. n. 9. potest suscipi ab eodem, cum reus absolvitur ab observatione judicij, n. 10. Reperi permititur, quoties prævaricatio probatus, & si definitur, quis absolutus sit: n. 11. Eam repetit propriam prosequens injuriam, & quæ ad id requirantur, usque ad n. 14.  
Accusatio de eodem facto reperitur si ex eo plura delicta oriuntur, & super alio ad judicium reus trahatur, quam de quo judicatum est; secus si unam sit delictum eti quællitas aggravans fuerit in priori accusatione omissa, ibid. num. 83.  
Actio furti pro re minima non datur, lib. 1. 3. 76.  
Neque de dolo, ibid. n. 87.  
Sine actione in judicio nullus auditur, lib. 1. 6. 6.  
Actio personalis non transit ad successorem singularem, lib. 1. 8. 3.  
Redhibitoria competit, cum res empta non placet, Faria ad Covarruviam.